

# LJMgrB49 Latin inscriptions in Pannonia

## Wall Inscriptions

1.

### 1371 tit. incerti generis

Paries picta pigmento rubenti fusco, cum virgīs caeruleis in arēis divisa, in quo quinque tituli scarifati, *a* litt. Graecis 50-30, cca. 4 m in oblongum, *b* in medio titulo priore litt. Latinis bene legibilibus 1,5-2 inscarifata in area 85 x 35, *c-e* procul dispersi litt. Latinis neglegenter scarifatis, magnitudinibus ignotis.

Rep. a. 1870 initio mensis Februarii a K. Torma in Óbuda, 'in ruderibus balnearum Romanarum in muro hypocausti in insula officinae navium vaporariarum' MOMMSEN, i.e. insula Hajógyári; 1874. m. Novembri RÓMER. Tit. *b* in MNM portatus et conservatus est auctore TORMA loc. infra cit., ibi autem identificare nequii, probabiliter periit, ceteri iam cum excavati sunt, periere. Descripsi e prioribus a. 2009.


*a* ZO+++ +Z++IKOÎÇ

*b* Grate, qui fotues (!)  
Gr(a)ŕ c(a)m, ancilla(m) Lupi  
optionis  
legionis secundes, (!)  
5 quae est in domo vestra  
et malo tuo est,  
per illa(m) at nil perduces (!)  
parentes tuos  
quotidie.

*c* Bato cura.

*d* Aurelius.

*e* [- -]imo.



MO



Im. del. ex RÓMER

Ediderunt RÓMER, *ArchKözl* 10 (1875) 51 qui vidit (cf. RÓMER ms. jzk. XXXVI 21), cum im. del., *a* legens (ut ipse ait, nec vero probabile est) secundum K. TORMA, inde MOMMSEN, *EE* II 796 = III 10716, qui vidit, 'sed ita pessum datam, ut non multa legi possent' cum im. del. quam dicit factam esse a RÓMER, cum paries illaesus esset, et in *ArchKözl* editam, tamen quae in *a* et *d* multum differt ab imagine illa, neque credibile est rectam fuisse; TORMA, *ArchÉrt* NS 3 (1883) 37-38, nr. G sine im. del., sed suam esse primariam lectionem affirmans, quae autem a delineationibus RÓMER et MOMMSEN differt. Edidit *a* KOVÁCS, *CIGP*<sup>1</sup> 84, *CIGP*<sup>2,3</sup> 97 secundum MOMMSEN. Citat *b* ad linguisticam FEHÉR, *Nyelvtörténet* nr. 78; mentionem faciunt MÓCSY, *ArchÉrt* 83 (1956) 147, ad linguisticam GALDI, *Morfosintassi* 16, 44, 199, MIHÁESCU *Sud-Est* 217, *a* COWEY, HD 035891.

*a* *ζοτεριοεζ cocilos* TORMA, explicans *Sotericus Cucil(l)us* (sic!), non explicat MOMMSEN, *ΖΟΠΠΟΑΖΕΟΥΚΟΠ* KOVÁCS, *ΖΟΠΠΟΑΖΕΟΥΚΟΠ* COWEY.

*b* 1 *Grates* TORMA, *fotues* TORMA. – 2 legitur GREGA. – 5 *quia est* TORMA. – 9 *quotidie* TORMA.

*e* legit RÓMER, in im.del. MO videtur, MO TORMA, om. MOMMSEN.

131

TITVLI IN PARIETIBVS PICTI AVT SCARIFATI

Titulus Latinus sermonem omnino quotidianum redolet, ubi et vocales breves commutantur *i>e*, *u>o*, ut in *fotues* et *perduces*, quod Aquinci saec. III nonnumquam fit (FEHÉR *Nyelvtörténet* IV 3.2.2., 3.3.2., III 3.1.1.2.), et consonans *-m* de casu accusativo detrita est, ut a tempore Traiani crebrum; casus genitivus finiens in *-es* verbi *secundes* etsi creber (FEHÉR op.cit. III 2.1.4.3.), paene unice in Pannonia non in nomine occurrit, probabiliter e lingua Graeca acceptus. *G* pro *C* falso frequenter scribitur, ut in *Grega* (= Graecam).

Saec. 3 ex sermone et nominibus; probabiliter ab aetate Caracallae, cum ibidem rep. tegulae cum sigillo COH I VLP PN facile Aquincum pervenere poterant.